

A ad ueram contrarietatem requiritur ad motum requiritur quatuor conditiones quas uide si placet. Et aduerte unum aliud quod contrarietas æquiuoce reperitur in loco, & in qualitate, ut dicit Cömen. in. 4. Cæli, & mundi. in cö. 38. inquit enim contraria que sunt in aliis pdicamentis sunt duo in forma, & non duo in subiecto, sed duo loca debent contraria esse cötraria in formis, & locis, & ideo contraria que sunt in loco, sunt duo in forma, & duo in subiecto, ecötrario in contrariis que sunt duo in forma, & unum in subiecto, & æquiuocatio est illa que ut plurimum decipit sapientes unde multa familia inuenies de continuitate de mediis, sicut de contrarietate, que secundum aliam rationem attribuntur motui locali, & aliis motibus qui sunt in aliis pdicamentis, si bene consideras. Ad ultimum respondetur qd de ratione elemētū est, quod ex eo fiat aliud, ut in existentia, ex elementis autem aliquid fieri non potest nisi inuicem agant, & patiantur, & quia ut supradictum fuit elemētū inuicem actiua, & passiua non sunt, nisi inquantum sunt informata qualitatibus contrariis, sic dixit Auer. qd ista quatuor corpora non sunt elementa, nisi per has uirtutes actiua, & passiua, & ista est intentio Arist. in secundo de Generatione, & corruptione. in tex. com. 7. & 8. si bene considerentur uerba eius, & forte hoc uoluit dicere Alex. pro hoc tamen uide que scripserim in concordantiis Auer. 4. Cæli super cö. 40. Sic igitur patet quomodo in unoquoque genere est una contrarietas, uidelicet secundum priuationem, & habitum, nec secundum cötrarias differentias cödiuidentes illud genus.

B secundum contrarietas, uidelicet secundum priuationem, & habitum, nec secundum cötrarias differentias cödiuidentes illud genus.

Subiectum in scientia debet esse notissimum.

F A M O S A est propositio, & logicalis, & colligitur ex intentione Philosophi in. 1. Poster. in cap. de præ cognitionibus, ubi dicitur qd de subiecto oportet præ cognoscere quid, & quia. Dicit autem subtilis doctor in primo suo Meta. q. 1. & Anto. And. qd subiectum in scientia est notissimum quo ad naturam, quia non potest demonstrari a priori, sed nihil prohibet quin subiectum possit demonstrari in scientia a posteriori, unde demonstrari potest demonstratione quia, & hoc probant, & prima ratio est Anto. And. inquit enim omnis scientia utitur, ut potest uti de monstratione quia: ergo probat, uel potest probare suum subiectum esse maior est euidens, quia sicut per causam probatur effectus propter quid, ita econuerso per effectum de monstratur causa quia, consequentia ostenditur sic, quod, scilicet omnis scientia per effectum demonstratione quia demonstrat suum subiectum esse, quia per effectum demonstratur aliquid de causa, scilicet esse, ex hoc enim quod esse duo non potest esse sine tali conditione in causa, effectus non potest esse sine esse causæ, ergo fit effectus est, causa est. Con firmant etiam hoc inducunt qd aliqua scientia potest demonstrare suum subiectum esse, & hoc posteriori sicut in libro Elenchorum demonstratur syllogismus sophisticum esse per simile, sicut patet ibi. Similiter Priscianus in libro Con structionum ostendit orationem constructam esse per simi lem modum se habendi literarum ad syllabas, & syllabarum ad dictiones, & dictionum ad orationes. Similiter etiam arguunt aliqui de Auicem. qui in. 6. Naturalium ex operationibus animæ demonstrat animam esse, cum tamen anima fit illius libri subiectum. Amplius Arist. in prologo primi Poster. demonstrat scire esse secundum comunem modum Latinorum exponentium illius prologum, tamen scire est subiectum logicæ, ut dicit Cömen. in tertio Cæli, & mundi, in com. 4. Ad oppositum est sententia Auer. in. 1. Phys. cö. alti. & in. 2. Phy. in com. 26. expresse dicit qd impossibile est aliam scientiam, neque uniuersalem, neq; particularem demonstrare suum subiectum esse, siue per signum, siue per demonstrationem, quod non est ita in causis suis subiecti, quoniam uel ab eis per signum non per demonstrationem simpliciter. Vbi animaduertere debes quod propositiones circa quas uersatur unaquæq; scientia sunt in triplici differentia. Quædam sunt notissime, ita qd ex sola notitia terminorum euidentiã habent scire prima principia, ut de quolibet

bet dicitur esse, uel non esse, & omne totum est maius sua parte. Quædam sunt proflus ignota, sicut sunt questiones & dubitabiles propositiones, quæ non nisi syllogismo casu regorico, siue dialectico, siue demonstratio ostendi possunt, & probari. Quædam uero sunt medio modo habentes, quia non sunt æque nota, sicut prima principia, quæ ex sola terminorum notitia euidentiã sunt, nec quæ dubia, ut sunt quæstiones, sed sunt indigentes aliqua inuitio ne sicut est syllogismus hypotheticus per naturam, & sicut est inductio, & diuino, & sicut est exemplum, aut entymemes, & sicut est communis hominum cöensus, unde Auer. dicit in. 4. Cæli, & mundi. in cömen. 22. quod alia est latentia quæ indiget syllogismo, & alia est latentia quæ indiget inductione, nõ enim omnes propositiones in scientiis sunt æque nota, nec omnes sunt æque ignota, nam Arist. in primo Poster. dicit quod demonstrationes, que procedunt ex propositionibus magis propinquis primis principis, sunt certiores illis demonstrationibus que procedunt ex propositionibus magis remotis, & 4. Meta. text. cö. 18. redditur ratio huius, quia illud est uerius quod est. primo uero propinquius, & illud est notius quod primo notissimum est propinquis eadem ratione, unde Auer. qnto Meta. phy. & est etiam sententia Aristote. ibidem primæ demonstrationes, quæ componuntur ex primis propositionibus sunt elementa omnium demonstrationum, que componuntur ex eis, demonstrationes enim compositæ dissoluntur in demonstrationes simplices, istæ autem non dissoluntur in alias. Et aduerte quod apud Peripateticos, aliud est uia doctrinæ, & aliud est maneres disciplina, ut colligitur ex intentione Cömen. in suo prologo super primo Phys. Via doctrinæ sunt tria genera demonstrationum, scilicet demonstratio signi, seu quia, & demonstratio propter quid, seu demonstratio causæ tantum, quod idem est, & demonstratio simpliciter, seu demonstratio dans causam, & esse quod idem. Demonstratio autem signi, seu quia fit tribus modis. Primo quando esse causæ demonstratur per esse effectus, ubi esse effectus fuerit notum, & esse causæ latuerit, ut fit per eclipsim demonstratio terre interpositionem. Secundo modo quando esse effectus ignotum fuerit, & per aliquod signum demonstrem illud esse, ut si ex hoc quod est umbram non facere demonstrationem Lunam esse eclipsatam, ut dicit Arist. in primo. Poster. uel ex hoc quod habet mulier lac in mammillis demonstrat ipsam peperisse, & huiusmodi probationibus multoties utuntur medicis, qui sunt artices magis circa sensata uersantes quam Philosophi naturalis. unde Gal. in tertio Prognostico. com. 41. inquit signum, & significatio differunt apud Rhetoricos, & Medicos. Vnde in omni demonstratione que fit utraque sunt duæ differentia: una est necessaria, altera, ut frequenter, similiter est alia differentia, quia quædam propositio est ratione cognita, quædam uero experimento. In prima differentia super rem que significat semper una re utuntur nomine significationis, super re autem que significat, ut in pluribus utuntur nomine signi. In secunda uero differentia super propositionem ratione cognita, utuntur nomine significationis, super propositione uero experimento cognita, utuntur nomine signi. Tertio modo demonstratio quia, siue signi fit per causam remotam, ut dicit Arist. in primo Poster. in illo cap. sed quia differunt, & propter quid, & est in tex. com. 30. Demonstratio uero propter quid, seu demonstratio causæ tantum est, ubi esse effectus, & inhaerentia passionis in subiecto est per se nota, sed est ignota, quod ad propter quid illius, & de hoc datur pulchrum exemplum in. 8. Phys. in tex. com. 65. ubi demonstratur propter quid est. qd fit duo mobilia æqualis uelocitatis moueantur super æqualibus spaciis isto modo, uidelicet, aliud unum mobile pertranseat totum spacium semel, quod uero pertranseat medietatem illius spaciis, bis citius pertranfit primum mobile totum spacium, quam secundum medietatem iterato pertranseundo, hoc enim qui ita fit est euidens ad sensum, sed ignoratur causa eius, & est quia inter motus iteratos, cum sint cötrarii accidit quies media, & ideo est quod

D bet dicitur esse, uel non esse, & omne totum est maius sua parte.

Cötraria in loco & qualitate

Prop. 53.

Opio Sco. & Anton. And. 1. prio Meta. q. 1.

Opi. Auer.

Prop. in triplici differentia.

Via doctrinæ maneres disciplina.

Demonstratio signi.

Galien. F

Demonstratio pp. g. d. Exempla demonstrationis simpliciter. 8. p. 17. ex. 65.